



Certamen Mediolanense V 17 maggio 2025 Prova iuniores

T001 - Eneide IV. I Troiani sono stati accolti da Didone a Cartagine come concittadini. Enea vive con la regina e collabora alla costruzione della città. Ciò suscita la gelosia di Iarba, re dei Getuli (che aveva concesso a Didone di stanziarsi sulle sue terre), il quale chiede a Giove di intervenire. Giove invia Mercurio (non è quindi propriamente un sogno), perché ricordi a Enea la sua missione. Ti presentiamo una breve versione in prosa di questa apparizione.

001	Ut primum Mercurius Carthaginem pervenit, Aeneam conspexit et in eum
002	impetum fecit: "Tu nunc Carthaginis altae fundamenta locas ⁰¹ pulchramque
003	urbem uxorius ⁰² exstruis? Heu, regni rerumque tuarum oblite ⁰³ ! Ipse deum
004	regnator, Iuppiter, qui caelum et terras numine torquet ⁰⁴ tibi me claro Olympo
005	demittit, ipse iubet haec mandata per celeres auras me ferre: "Quid struis? Aut
006	qua spe in Libycis terris otia teris ⁰⁵ ? Si te nulla gloria tantarum rerum movet,
007	Ascanium respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus debetur". Tali ore
008	locutus, Mercurius mortales visus ⁰⁶ medio sermone reliquit et procul in tenuem
009	auram ex oculis evanuit. At vero Aeneas aspectu obmutuit amens, comaeque
010	adrectae sunt horrore et vox faucibus haesit. Ardet abire fuga dulcesque
011	relinquere terras, attonitus tanto monitu imperioque deorum. Aeneas tamen in
012	dubio est quomodo reginae nuntiet se velle abire.

01 i.e. in loco ponis, constituis, collocas

02 i.e. quasi coniunx Didonis esses

03 i.e. negligens, quasi memoriam amiseris

04 i.e. sua potentia omnia vertit

05 i.e. consumis, tempus in otio agis

06 i.e. "aut oculis Aeneae se sustulit aut humanam reliquit effigiem, quam sumpserat ut ab Aenea videri posset" (Servio, commento al passo)

D001) Scegli, con una crocetta, la parola che ti sembra spiegare appropriatamente i seguenti termini:

r. 005 (Iuppiter) iubet **haec mandata** per celeres auras me ferre

mandata officia praecepta munera consilia

r. 010 Comaeque **adrectae sunt** horrore et vox faucibus haesit

adrectae sunt se promiserunt ceciderunt steterunt abscissae sunt

r. 010 Vox faucibus **haesit**

haesit eversa est afflicta est consumpta est retenta est

T002 - Eneide IV. Enea ha fatto preparare la flotta in segreto. Didone se n'è accorta e ha tentato di trattenerlo, prima con suppliche, poi, di fronte alla sua irremovibilità, con sarcasmo e minacce. Poiché lui non cede, lei decide di uccidersi. Intanto Enea...

001	Aeneas, iam certus abeundi, in alta puppi dormiebat, omnibus rebus paratis.
002	Species dei obtulit se illi per somnum, et iterum visa est increpare ⁰¹ illum;
003	similis Mercurio voce, forma, vultu, iuvenilibus membris. "Nate dea, num potes
004	ducere somnos, neque pericula quae circum te stent cernis, demens, nec audis
005	ventos spirare secundos? Illa (=Dido) dolos in pectore versat variosque aestus ⁰²
006	irarum concitat. Nec fugis hinc praeceps, dum potes? Mox videbis mare agitari
007	remis et splendere funestis facibus, mox litora accendi flammis, si Aurora te
008	invenerit hic morantem. Rumpe moras! Varium et mutabile semper est femina".
009	Sic locutus est et per atram noctem evanuit. Tum vero Aeneas, exterritus,
010	excitat se e somno sociosque fatigat: "Vigilate, viri, et considite transtris ⁰³ ;
011	solvite vela citi ⁰⁴ . Deus ab alto aethere missus festinare fugam et incidere
012	funes instimulat ⁰⁵ . Sequimur te, sancte deorum, quisquis es, imperioque tuo
013	iterum laeti paremus. Adsis et placidusque iuves et sidera dextra in caelo feras".
014	Haec dixit et, stricto gladio, funes secavit.

01 *i.e.* obiurgare, accusare

02 *i.e.* motus furentis animi

03 *i.e.* sedile remigum in navibus

04 *i.e.* celeres, nulla facta mora

05 *i.e.* instigat, valde hortatur

D002) Scegli, con una crocetta, la parola che ti sembra spiegare appropriatamente i seguenti termini:

r. 007 (*Videbis mare*) *splendere funestis* **facibus**

facibus	stellis	luminibus	imaginibus	navigiis
----------------	---------	-----------	------------	----------

r. 010 (*Aeneas*) *excitat se e somno sociosque* **fatigat**

fatigat	laborat	quatit	evocat	vexat
----------------	---------	--------	--------	-------

r.013 *Adsis et placidusque iuves et* **sidera dextra** *in caelo feras*

dextra	propitia	facilia	clarissima	dexterā surgentia
---------------	----------	---------	------------	-------------------

T003 - Eneide VII. *Enea e i Troiani sono nel Lazio. Il re Latino, che pensava di dare in sposa la figlia al principe rutulo Turno, ha assistito a dei prodigi che lo hanno turbato; chiede quindi consiglio a un oracolo.*

Ma il re, turbato dai prodigi, si rivolge agli oracoli di Fauno, il padre profetico, sotto l'alta Albunea, massima tra le selve. Di qui le genti italiche nei dubbi chiedono responsi; qui il sacerdote, quando reca doni e giace nella notte silenziosa su distesi velli di vittime e cerca il sonno, vede molti simulacri volteggianti in mirabili modi, e ode varie voci, ammesso al colloquio degli dèi, e comunica con l'Acheronte. Qui anche allora il padre Latino, chiedendo responsi, sacrifica ritualmente cento lanose pecore di due anni, e giace con il dorso poggiato sui velli distesi. Una voce improvvisa giunse dal profondo del bosco: "Non cercare di unire la figlia a connubi latini, non affidarla ai talami già preparati; verranno generi stranieri, che mescolando il loro sangue con il nostro lo porteranno alle stelle, e dalla loro stirpe i nipoti vedranno il mondo volgersi tutto ai loro piedi e piegarsi, per dove il sole, girando lungo la sua orbita, contempla entrambi gli oceani". Latino non chiude nella bocca questi responsi e moniti, dati dal padre Fauno nella notte silenziosa, ma intorno ampiamente volando di già la Fama li aveva portati per le città italiche. (*trad. di Luca Canali, Milano 1981, con adattamenti*)

T004 - Livio XXI. *Anche gli eroi negativi possono essere condizionati da sogni e apparizioni. Ecco che cosa succede ad Annibale, in procinto di assalire l'Italia.*

Ad Hiberum flumen in quiete visus est ab Hannibale iuvenis divina specie, qui dixit se a Iove ut duceret eum in Italiam missum esse. Praecepit ut sequeretur neque usquam⁰¹ deflecteret oculos. Hannibal pavidus primo fuit; nusquam circumspexit aut respexit, sed secutus eum est. Deinde, ut est ingenii humani, temperare oculis non potuit et respexit quid esset quod vetitum esset. Tum vidit serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri⁰². Tum quaerens quid esset, audivit se ruinam Italiae futurum esse; pergeret ergo ire⁰³, nec ultra inquireret sineretque fata in occulto esse.

01 *Neque usquam*, ut postea *nusquam*, i.e. nullo in loco

02 *Ferri* vel *se ferre* est ire, incedere; hoc sensu dicitur, ut velocitatem et impetum significet

03 *Pergere ire* est iter coeptum proseguire, perseverare, continuare

D003) Sul foglio che ti è stato dato, evidenzia, in forma schematica e concisa, le somiglianze e le differenze fra i racconti proposti (**T001-T004**). Fai esplicito riferimento agli aspetti qui indicati:

1. Luogo e tempo dove si svolge il sogno o l'apparizione
2. condizioni specifiche, materiali, in cui si trova il destinatario del sogno o dell'apparizione
3. tipo/forma di apparizione
4. reazione del destinatario
5. eventuali aspetti rituali
6. altro (aspetti interessanti da te individuati)

D004) Commenta brevemente l'espressione del **T001** *Ardet abire fuga dulcesque relinquere terras* (rr. 010-011), che al primo sguardo sembra un po' contraddittoria con il resto del racconto

D005) In **T001** abbiamo individuato due espressioni di difficile resa, anche se ne abbiamo compreso il senso complessivo, ossia *Iuppiter [...] caelum et terras numine torquet* (r. 004) e *Mercurius mortales visus medio sermone reliquit* (r. 008). Proponi una traduzione di entrambe, e spiega in sintesi le ragioni della tua scelta

D006) *La civiltà greco-romana aveva elaborato anche approcci molto diversi all'interpretazione dei sogni rispetto a quanto vediamo nell'Eneide. Così scrive Cicerone:*

Cursor⁰¹, ad Olympia ire cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad interpretem it. At ille "Vincas" inquit; "id enim celeritas significat et vis equorum." Post idem ad Antiphontem philosophum⁰² it. Is autem "Vincaris" inquit "necesse est; an non intellegis quattuor ante te cucurrisse?"

01 i.e. qui currit in ludis

02 Antifonte, nel V sec. a.C., fu autore di un'opera sull'interpretazione dei sogni. Cicerone non lo tratta in modo diverso dal precedente, anonimo interprete somniorum

Ponendoti dal punto di vista del *cursor*, e parlando in prima persona, spiega (in italiano) come ti sentiresti dopo le risposte dei due interpreti del sogno.

D007) – Scrivi qualcosa in latino, di carattere descrittivo o ironico, a tua scelta, ma che illustri o commenti il celebre dipinto di Tiepolo (*Sala dell'Eneide*, Villa Valmarana, Vicenza, ca. 1757), oppure componi **IN LATINO** un fumetto o un dialogo appropriato. Puoi anche variare il contenuto originario, inventando qualcosa di ironico o di paradossale, oppure un tuo sogno che risulti in carattere con quelli descritti nei testi


